

Xigesimus octauus

uet illa cū oculos iſfirmatatis caſa illinit ſole uita cū oui albugine efficacius ſtruthiocameli binis ho-
ris. Hac & attamenti lituræ abluuntur. Virilis podagris medetur argumento fullonum: quos ideo tē-
tati eo morbo negant. Veteri miſcetur cinis oſtreorū: aduersus eruptions in corpore infantū & oia
ulcera manantia. Ea ex eis ambuſtis: ſedis uitiis: thagadiis: & ſcorpionū iſtibus illinitur. Obstetricū
nobilitas non alio ſucco efficacius curari pronuntiauit corpore pruritus nitro additō ulcera capitum:
prurigines: nomas: präcipue genitaliū. Sua cuiquæ aut (quod fas fit dixiſſe) maxime prodeſt. Confeſſim
perfuso canis morsu echinorumq; spinis inhærentibus & in ſpongia lanisue ipoſita aut aduer-
ſus canis rabidi morsus cinere ex ea ſubacto. Contraq; ſerpentiū iſtus. Nā contra ſcolopendras mirū
proditur uertice tacto urinæ ſuæ gutta liberari protinus laſtos. Auguria ualitudinis ex ea tradūtur. Si
mane candida dien rufa fit. Illo modo concoquere: hoc concoxiſſe ſignificatur. Mala ſigna rubræ. Peſ-
ſima nigræ. Mala bullantis & crassæ. In qua quod ſubſidit ſi albū eſt: ſignificet circa articulos aut uisce-
ra dolorem iminere. Eadē uiridis morbū uifcerū: pallida bilis: rubē ſanguinis. Mala & in aqua uelu-
ti furſures atq; hubeculae apparet. Diluta quoq; alba uitiosa eſt. Mortifera uero crassa graui odore. Et
in pueris tenuis ac diluta: Magi uerant eius caſa cōtra ſolē lunamq; nudari: aut umbrā cuiusq; ab ip-
ſa reſpergi. Hesiodus iuxta obſtātia reddi ſuadet: ne deū aliquē nudatio offendat. Oſtanes contra ma-
la medica menta oia promiſit auxiliari matutiniſ horis ſuam cuiq; inſtillatam in pedem.

De remediis mulieribus.

Cap. vii.

Quæ ex mulierū corporibus traduntur ad portentorum miracula accedūt: ut ſileamus diuina
membratim in ſcelera. Abortus: mensū piacula: quæq; alia non obſtetrices modo: uerum
etiam ipſæ meretrices prodiſere. Capilli mulieris ſi clementur: odore ſerpentes fugari. Eo-
dem odore uuluæ morbo strangulatus respirare. Cinere eo quidē ſi intecta ſunt cremati: uel cum ſpu-
ma argenti ſabričias oculorum ac prurigines emendari. Itē uerrucas & infantū ulcera cū melle. Ca-
pitis quoq; uulnera & oīum ulcerū ſinus ſimul addito melle & thure. Panos podagras cū adipe ſuil-
lo. Sacru ignē ſanguinē ſiſti illico: & informicationes corpore. De lactis uſu conuenit eſſe dulcissimum
moliffimumq;. Quare & in lōga febre cœliacis utiliſſimum: maxime eius quæ iam iſantē remouerit. Et
in malacia ſtomachi: in febribus: toſionibus efficacissimum experiuert. Itē māmarum collectiōibus cū
thure oculo ab iſtu cruore ſuffuſo & in dolore aut epiphoris ſi emulgeatur plurimū pdeſt. Magiſq;
cū melle & narcifi ſucco aut thuris polline. ſéperq; in omni uſu efficacius eſſe ei⁹ quæ marē enixa ſit.
multoq; efficacissimum eius q; geminos peperit mares. Et ſi uina ipſa cibisq; acrioribus abſtineat. Mix-
to präterea ouoru candido liquore: madidaq; lana frontibus impositū fluctiones oculorū ſuſpēdit.
Nā ſi rana ſaliua ſua oculū asperferit präcipiuū eſt remediū. Et contra morsu eiusdē bibitur ſtillaturq;
Qui ſimul matris filiæq; laſte inunctus ſit: liberari oculorū metu in totā uitam affiſmant. Auriū quoq;
uitiis medetur modice admixto aleo. Aut ſi ab iſtu dolent. Anſerino adipe tepefactum. Si odor gra-
uior ſit (ut pleruntq; ſit) longis uitiis diluto melle lana includitur. Et contra morbum regium in ocu-
lis relictum inſtillatur cū elaterio. Peculiariter ualeſ potum contra uenena quæ data ſunt cū marino
lepoře bupeſtriq; ut Aristoteles tradit dorycnidion. Et contra insaniā quæ facta ſit hyoſcyami potu-
podagris quoq; iubent illini cū cicuta. Alii cū hysopō & adipe naſerino: qualiter etiam uuluarum do-
lotibus imponit. Aliū etiam ſiſtit potum ut Rabirius ſcribit. Et menses ciet. Eius uero quæ fœmi-
nam enixa ſit ad uitia tantū in facie ſananda präualet. pulmonū quoq; incōmoda lacte mulieris ſa-
nuntur: cui admiſceatur impudis pueri urina & mel atticum. Omnia ſingulorum coclearium menſu-
ra. Marmora quoq; aurum eiici inuenio. Eius quæ marem peperit laſte guſtato canes rabiosos fieri
negant. Mulieris quoq; ſaliuam iejuuæ potentem diiudicat oculis cruentatis. Et ſi contra epiphoras
ſeuuentes anguli oculorum ſubinde madefiſentur. Efficacius ſi cibo uinoq; ſe pridie ea abſtinerit. In
uenio & fascia mulieris alligato capite dolores minni. poſt hæc nullus eſt modus. Iam primū abigi
grādines turbinesq; contra fulgura ipſa in mense connudat: ſic auerti uiolentiam cali. In nauigādo
quidē tempeſtates etiam ſine menſtruis. Ex iplis uero menſibus moſtrificis alia (uti ſuo loco i dicau-
imus) dira & infanda uaticinantur. E quibus dixiſſe non pudeat. ſi in defectu lunæ ſoliſue cōgruat niſ
illa: irremediabilē fieri. Nō ſegnius & in filēte luna coitus ſuos maribus exitiales eſſe atq; peſtiferos.
purpurā quoq; ab iis eo tempore pollui. Tanto uim eſſe maiorem. Quocunq; autem alio menſtruō:
ſi nudata ſegetem ambiant: uerrucas ac uermiculos ſcarabeosq; ac noxia alia decidere. Metredorus Sce-
ptius in cappadocia inuenit ſegetem ob multitudinem cantharidum illas ire per media arua reteſtis
super clunes uestibus. Alibi ſeruatur ut nudis pedibus eant capillo cinctuq; diſſoluto. Cauendū uero
ne id oriente ſole faciat: ſementem enim areſcere. Item Nouella utis eius tactu in perpetuū laeditur.
Vt ad noxiā res medicatissima traſferatur tutā & hederas illico mori. Multa diximus de hac uiolē-
tia. Sed p̄r̄ter hæc certū ē tactis alueariis apes fugere. Linaq; cū coquātur nigre ſcere. Aciē in cultris